



Baldvini Cabilliavi E Soc. Iesv Magdalena

Cabilliau, Baudouin

Antwerpen, 1625

XXIX. Magdalena in eremo plorat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70461](#)

Cernis, vti pulchro sol pulchrior alter Eoo,
 Cudentes roseo pingit honore genas?
 Cominus occurrit, & adhuc te fallit I E S V S?
 Ecce, quid ah! fletu turbida quæris, Vbi est?
 Quæris, Vbi est? vbi nō tuus ignis oberrat I E S V S?
 Ceu sol irradiat omnia bus ille locis.
 Ut quid adhuc pectus nigra mortis obumbrat
 imago?
 Corde tuo claudis quem tuus ambit Amor.
 Te propior, propiorque redux aspirat I E S V S:
 Ne dicam radio tangit, & ora ferit.
 Nulla sed hic cernis rā clarā in luce Magistrum.
 Inuida nox oculos fascinat ergo tuos?
 Qui fit ut immenso fugiat te lumen ab astro?
 Te, reor, occēcat nox mera mœstus Amor.
 O quis erit radius puro de lumine I E S V,
 Aurea qui lucis semina luce serat?
 En tibi lux radiat; oculos ne pande, sed aures:
 Ut vox appulerit aduena, nosce Deum.
 Christus adest: sua cerne Deum per verba. lo-
 quentem
 Cernis: an ergo dedit vox oculata diena?

X X I X.

M A G D A L E N A *in eremo plorat.*

S I L V A muta, silua cæca,
 Silua sola, silua casta,
 Silua grata nox pudori,
 Silua dos sacris Napæis,
 Magdalin suos honores,
 Magdalin suos amores

H

Fion-

Frondeâ tegit latebrâ,
 Illa sola filui-cultrix ,
 Antra, lustra, saxa, montes ,
 Arboreta peruagatur
 Anxiis amica votis:
 Dumque discolore vultu
 Terra ridet , æthra ridet ;
 Ludit vnda , ludit ales ;
 Vna , ceu graui procellâ
 Icta , flammeôve telo ,
 Inquilina saltuosi
 Orbis , aut cauæ latebræ ,
 Eiulat , gemit , quiritat ,
 Incubans nouo dolori ,
 Attremens graui timori ,
 Ingemens Dei furori ,
 Et pium trahens laborem .

X X X.

*Amor aureâ sagittâ plorantem MAG-
DALENAM inflammat.*

INTE R hæc Amor supernus ,
 Dum sibi virente saltu
 Quæritat feram fugacem ,
 Hinnulumque , damulamque ,
 Ibicémve , capréamve ;
 Magdalin toro reclui
 Deprehendit æstuantem .
 Ilicò graui pharetrâ
 Promit auream sagittam ;
 Igneoque spiculo vrens

Cordis